



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

X. Fürst Nicolaus von Werle giebt der Comthurei Mirow die Zusicherung, daß die ihr geschenkte Mühle durch die Anlegung eines Canals aus dem Müritzsee keinen Schaden erleiden werde, im Jahre 1273.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

num Henricum Dargaz, Dominum Ottonem Bersere, fratrem Johannem de Drans, fratrem Wernerum et quicquid ipsi inter eos super causa memorata arbitrentur, cessantibus litibus causarum, gratum et ratum inviolabiliter servaretur. Qui statuerunt, quod molendinum secundo statu constructum, debito modo et utili, crescente fluctuacione et aliis pertinenciis ad hoc necessariis, sine impetitione dicti Johannis et suorum in perpetuum persistat, ecclesia vero Doberanensis pro dampno illato dabit jam dicto Johanni X. marcas Slavicorum denariorum, V. in festo beati Johannis baptiste et alias V. in die beati Michaelis proximo persolvendas, tali condicione, ut Slavos sue ville dicte repente a tumultu querimoniarum amicabilem concordiam conspiciere non cessaret. Ne vero forma arbitrii voluntari in irritum revocetur, Dominus Henricus Dargaz et Dominus Otto Bersere fidem plenius presterunt. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, sigillo nostro duximus roboranda. Testes sunt: Dominus Nicolaus Dominus de Werle, Domicelli Henricus et Johannes, prepositus de Robele, Frater Ekbertus de Myrowe, Dominus Henricus de Mynda, Arnoldus miles de nova ecclesia, Werslaus, Vnizlaus, Rembertus advocatus, frater Conradus de Dune-munde*) et alii quam plures. Datum Robele, anno graciae M. CC. L. VI. Kalend. May.

Nach dem Diplomatar. Doberanense. Westphalen a. a. D. Sp. 1498. 1499.

X. Fürst Nicolaus von Werle giebt der Comthurei Mirow die Zusicherung, daß die ihr geschenkte Mühle durch die Anlegung eines Canals aus dem Murizsee keinen Schaden erleiden werde, im Jahre 1273.

Nicolaus, Dei gratia dominus de Werle, omnibus presens scriptum visuris salutem in perpetuum. Notum esse volumus vniuersis et presentibus protestamur, quod nos domino Johanni de Havelberghé beate memorie dedimus denarios pro eo, quod per agros suos de magno stagno Muriz dicto fossatum facere possemus ad molendinum, quod Boche vulgarter dicitur, relinquens nostre iuridicioni, quid mali per cursum aque Muriz posset inferius et superius euenire. Vnde cum predecessores nostri viris religiosi fratribus in Mirowe sancte domus hospitalis Jerosolomitane sancti Johannis baptiste molendinum eorum in villa ipsorum dederint, nec ipsi etiam aggerem molendini in aliquo exaltauerint, sicut notorium est et apertum, nec de eorum molendino apud nos est aliqua querimonia recitata, antequam aqua Muriz per nostram licentiam emitteretur: nolumus predictos fratres in molendino suo ab aliquibus seu ab aliquo ob aque crescentiam molestari. Ut igitur hec firma sint et ne possint a nostris successoribus dubitari, sigilli nostri testimonio roboramus. Testes sunt: Stephanus prepositus in Robele dictus de Vlotowe, Ludolphus de Zwerin; famuli: Olricus de Bardenulet, Willekinus camerarius, Bertrammus de Malechowe minor aduocatus, Hermannus minor aduocatus in Robele, Henricus minor aduocatus in Wefenberge, et alii quam plures pro-uidi et honesti. Acta sunt hec anno domini M^oCC^oLXXIII^o. Datum de manu Godefridi prepositi Guztroensis, pridie idus Septembris, Robele.

Nach dem Original des Geh. Kabinetts-Archives. Vergl. Jahrbücher des Meckl. Vereins II, 226.

*) Hier erblickt man einen Klosterbruder von Dünamünde, was die S. 327 geäußerte Meinung bestätigt.